



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum peccatum ueniale possit esse simul in aliquo cum solo peccato originali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

AD SECUNDUM dicendum, quod angelus non potuit minus diligere creaturam, quam Deum, nisi simul referens eam in Deum, sicut in ultimum finem, uel aliquem finem inordinatum, ratione iam dicta.

AD TERTIUM dicendum, quod omnia illa quae uidentur esse uenialia, demones procurant, ut homines ad sui familiaritatem attrahant, & sic deducant eos in peccatum mortale: unde in omnibus mortaliter peccant propter intentionem finis.

ARTICULVS V.

Utrum primi motus sensualitatis infidelibus sint peccata mortalia.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia. Dicit enim Apostolus ad Roma. octauo, quod nihil est damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat, & loquitur ibi de concupiscentia sensualitatis, ut ex praemissis apparet. haec ergo causa est quare concupiscere non sit damnabile his, qui non secundum carnem ambulat, consentiendo scilicet concupiscentiae, quae sunt in Christo Iesu; sed infideles non sunt in Christo Iesu, ergo in infidelibus est damnabile. primi igitur motus infidelium sunt peccata mortalia.

¶ 2 Praeterea. Anselmus dicit in libro de gratia & lib. arb. * Qui non sunt in Christo sentientes carnem, sequuntur damnationem, etiam si non secundum carnem ambulat: sed damnatio non debetur nisi peccato mortali. ergo cum homo sentiat carnem secundum primum motum concupiscentiae, ut quod primus motus concupiscentiae in infidelibus sit peccatum mortale.

¶ 3 Praeterea. Anselmus dicit in eodem libro, Sic est factus homo, ut concupiscentiam sentire non deberet. hoc autem debitum uidetur homini remissum per gratiam baptismalem, quam infideles non habent. ergo quando cumque infidelis concupiscit, etiam si non consentiat, peccat mortaliter contra debitum faciens.

SED CONTRA est, quod dicitur Actuum decimo. Non est personarum acceptor Deus. quod ergo uni non imputat ad damnationem, nec alteri: sed primos motus fidelibus non imputat ad damnationem. ergo etiam nec infidelibus.

RESPONDEO. Dicendum, quod irrationabiliter dicitur, quod primi motus infidelium sint peccata mortalia, si eis non consentiatur. & hoc

pater dupliciter. Primo quidem, quia ipsa sensualitas non potest esse subiectum peccati mortalis, ut supra est habitum. * est autem eadem natura sensualitatis in infidelibus & fidelibus: unde non potest esse, quod solus motus sensualitatis in infidelibus sit peccatum mortale. Alio modo ex statu ipsius peccantis. nunquam enim dignitas personae diminuit peccatum, sed magis auget, ut ex * supra dictis patet. unde nec peccatum est minus in fidei, quam in infideli, sed multo maius. Nam & infidelium peccata magis merentur ueniam propter ignorantiam, secundum illud I. ad Timot. i. Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea; & peccata fidelium aggrauantur propter gratiae sacramenta, secundum illud Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriori mereri supplicia, qui sanguinem Testamenti, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apostolus loquitur de damnatione debita peccato originali, quae auferitur per gratiam Iesu Christi, quamuis maneat concupiscentiae fomes. unde hoc quod fideles concupiscunt, non est in eis signum damnationis originalis peccati, sicut est in infidelibus. Et hoc modo intelligendum est * dictum Anselmi. Unde patet solutio ad secundum.

AD TERTIUM dicendum, quod illud debitum non concupiscendi, erat per originalem iustitiam. unde id quod opponitur tali debito, non pertinet ad peccatum actuale, sed ad peccatum originale.

ARTICULVS VI.

Utrum peccatum ueniale possit esse in aliquo cum solo originali.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum ueniale possit esse in aliquo cum solo originali. Dispositio enim praecedit habitum: sed ueniale est dispositio ad mortale, ut * supra dictum est. ergo ueniale in infideli, cui non remittitur originale, inuenitur ante mortale: & sic quandoque infideles habent peccata uenialia cum originali sine mortalibus.

¶ 2 Praeterea. Minus habet de connexionione & conuenientia ueniale cum mortali, quam mortale peccatum cum mortali: sed infidelis subiectus originali peccato potest committere unum peccatum mortale, & non aliud.

Prima Secunda S. Thome.

quod minus requiritur ad faciendum aliquid imperfectum, quam perfectum. Peccatum enim mortale constat esse perfectum, & ueniale imperfectum: & quod non omne excusans a maiore, excusat a minore, ut patet in infidelibus, qui excusantur ab infidelitatis peccato, si nihil audiverunt, & non ab aliis, a quibus caueret, si esset Christiani.

¶ Ad haec dubia dicitur, quod cum in litera explicite dicitur, Multo magis excusat a ueniali, si committat aliquid, quod sit ex genere suo tale, dubium non est quod de ueniali ex genere in illis uerbis loquitur. & intendit, quod pueri committente aliquid mortale ex genere, & aliquid ueniale ex genere, si defectus aetatis excusat eum a mortali, excusat etiam a ueniali, & multo magis. Et quod excuset etiam a ueniali in promptu est ratio: quia utrumque libertatem exigit, & conuenit in hoc, quod est fieri possibile deliberare. & indeliberate. Potest enim quis deliberate uerbum otiosum dicere, & habere primum motum ad dicendum illud, & destitit. unde si imposita libertas excusat ab actu mortali, quia constituit ipsum extra mortale genus, excusat quoque eadem ratione ab actu ueniali, quia extra mortale quoque genus constituit ipsum. Quod autem multo magis excuset a ueniali, ratio est: quia in maiori includitur minus, constat autem quod ceteris paribus, ex parte agentis peccatum ueniale & mortale ex genere sic se habent, sicut maius, & minus: propter quod si impedimentum libertatis factum est ad faciendum quod actus tam malus, scilicet ex genere mortalis commissus a puero, sibi non imputatur, a fortiori subiicit ad faciendum, q.

postum in arg. 2.

3. q. 90. ar. 4. ad 3. & 2. dia. 28. ar. 3. ad 5. & dist. 42. q. 1. ar. 5. ad 7. & 4. di. 45. q. 1. ar. 3. ad 6. & 2. ar. 3. ad 4. ar. 1. ad 2. ar. 2. ad 3. ar. 2. ad 8. & q. 7. ar. 10. ad 8. q. 28. ar. 3.

BB 4 actus

actus minus malus ei non imputetur sicut si quis in bello occidendo excusatur ab homicidio, sed peccando, excusatur a rapina, eade ratione. Et cum contra hanc responsum obicitur: quia non habetur intentum universaliter de omni peccato ueniale, responsetur, quod ex hoc habetur intentum uniuersaliter: quia peccatum ueniale ex imperfectione actus supponit libertatem sufficientem ad peccatum mortale: quia praesupponit, quod possit a libera ratione impediri. Unde puer, qui a commisso actu mortali excusatur propter defectum libertatis, non imputatur etiam quicunque motus in actu peccati mortalis, uel uenialis propter defectum libertatis exacte ad praeueniendum, impendendum, & dominandum his motibus. Et simile esset de somnolento si nulla praecessisset culpabilis occasio, uel superfluitatis somni, uel occurrentis cogitationis, quae in proposito non habent locum: quia defectus aetatis prohibens libertatem, inculpabilis omnino est. Sufficienter igitur auctor docuit de perfectis actibus moralibus in genere morales, & uenialis tractans, ut ex illis imperfectos etiam ferimus, ut declaratum est.

¶ Ad obiectiones autem contra secundum dubium dicitur, quod licet ad peccandum uenialiter minus libertatis sufficiat in exercitio, quam in mortali, quia absque deliberatione peccatur uenialiter, non tamen minus sufficit in facultate: quia non peccatur uenialiter absque libera facultate dominandi super singulos motus, quae facultas absque plena libertate non est. Nec recte inflatur contra illam regulam, Excusans a maiore excusatur a minore: quoniam intelligitur ceteris paribus. constat autem quod non sunt cetera paria instantia: quia lumen rationis est in infidelibus ostendens illis bona moralia, quae non sequuntur, unde illi qui excusantur a peccato infidelitatis, quod est minus, excusantur quoque a peccato omissionis sacramenta fidei non recipiendo, quod est minus, quia hic cetera sunt paria: neutrum enim est aliis cognatum &c. & non a peccato fornicationis, quod est ratione naturaliter prohibitum.

¶ In eodem 6. arti. quest. 89. circa illa uerba. Primum quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso: dubia duo occurrunt. Primum est, an hoc intelligatur de facto, an de debito, id est, an ita sit, quod homini incipienti habere usum lib. arb. occurrit de facto haec cogitatio, an occurrere debeat, quia, scilicet tenetur ad hoc, cogitandum. Si enim intelligitur, quod de facto ita est, in primis falsum assumitur: nam primum occurrens est bonum, quod naturaliter appetitur: deinde hoc aut uoluntarie dicitur, aut propter rationem in responsione ad tertium allatum, quia scilicet finis est prior in intentione: ipse autem met est finis, ad quem alia ordinat. Sed haec responsio non concludit illud, tum quia falsum est, quod ipsemet sit finis, cum sit propter aliud: tum quia ex hoc, quod ipsemet occurrit ut finis, non sequitur, quod de ipso sit deliberatio. Demum, quia non experimur in nobis, quod nobis primo haec cogitatio occurrat. Si autem intelligitur de debito, probandum esset hoc.

¶ Si ratio in littera posita asserat, tunc insurgit secundum dubium: quia aut intendit, quod ipsemet primo occurrit ut finis, aut ut ad finem. Si ut finis, non oportet quod deliberet de seipso, sed sufficit quod non amet se plusquam Deum. Et sic nullo precepto, affirmatiue tenebitur pro tunc ad ordinandum se, sed negatiue, scilicet non inordinare amandum se, cuius observatio stat cum peccato ueniali: & uoluntate studendi in Grammatica sicut ad finem. Et sic uerba corporis articuli consonant, scilicet deliberare de seipso: sed ratio allata in littera in responsione ad tertium, nihil ualet: & cum sola sit allata, omnia sine rationis fundamento restant.

¶ Ad has dubitationes simul respondendo dicitur, quod uerba littere intelliguntur non solum de debito, sed de facto, & de seipso quodammodo ut sine, & quodammodo ut ad finem.

¶ Ad cuius euidentiam aduertendum est, quod in occurrente primo sine inueniuntur duo, scilicet quod appetitur, & cui appetitur. primum est amatum amore concupiscentiae: secundum amore amicitiae. Et quia amabile quidem bonum, unicuique autem proprium: & amabilia quae sunt ad alios, ueniunt ex amabili ad se, primum cui appetitur, est ipsemet appetens, & quia concupitum ordinatur ad amatum amicitiae, & non e conuerso: ideo primus simpliciter finis occurrens appetenti, est ipsemet qui est finis omnium concupiscentium, ad quem omnia concupiscentia naturaliter ordinantur. Quia ergo finis est prior in in-

entione. & ipsemet puer est finis primo amatum amicitiae, mo concupitur de facto, oportet quod primum de facto occurrens pueri uoluntati, sit ipsemet, ad quem alia concupiscentia ordinat. Completo autem hoc naturali occurru, quo puer naturaliter ubi bonum, ac beatitudinem, consequens est, ut

etiam in maximis sceleratis cōtingit. In illo autem spatio quantumcumque breui, potest peccare uenialiter. ergo peccatum ueniale potest esse in aliquo cum originali peccato absque mortali.

SED CONTRA est, quia pro peccato originali puniuntur ho-

gus, quam ipsemet, secundum partes, seu partialiter suas, consequens est, quod primum sollicitas puerum liberare, quod sibi secundum seipsum totum non fecerunt, uel illum respectum appetendum est. Hoc autem est de re de seipso, & ordinare se ad finem: quia id quod sibi cupie amato secundum se totum est appetendum, est finis, quod ipse ordinatur. Unde si sibi appetendum censuerit bonum, nescit in consilio, ut aetas illa conuenit, bene deliberat ipse, finem suum in uera beatitudine collocans, quae perfecta, & inchoatae. Non plus enim exigitur a pueri omissionis reus est: ut in littera dicitur in responsione ad

¶ Ex his autem dicitur ad obiectionem contra primum, quod non occurrere seipsum, ut finem amatum amicitiae, dum primo proficit bonum, ratione continetur: quia omne concupitum cui concupiscitur, & cum consistit, quod non alteri, ergo sibi licet quod de facto occurrit ipsemet, ut deliberabilis, quare ex rerum ordine, probatum est, quia est praecipue appetens, quia rerum ordo nulla tunc culpa peruersus est, ideo ordinem facti series quantum ad occurrit sequitur. Verum est, quod occurrit illum non necessario uoluntas appetens, sed potest non cogitare, & omittit, ut in littera dicitur, nihil obstat, quod bonum, aut beatitudo primo occurrit, a concupiscibile ut unumque occurrit: nec quod ipsemet puer sit finis, immo ex hoc habetur ratio, quod non dicitur: quia finis est praecipue amatus, & de ipso primo do sequitur. & sic esse finem amatum amicitiae, licet non se primo deliberabile, est enim sic finis, quod potest esse finem: & propterea non est falsum, ipsum esse finem, etiam si non intendit conclusionem. Et per hoc patet solutio reliqua conclusionum.

¶ In eodem sexto articulo quaestiones octuagesimae nonae ad huc superest in tertio argumenti responsio: cum deliberatio de seipso fiat in tempore, quia deliberatio tempore fit intra tempus deliberationem mensurans, puer peccare uenialiter, puta, curiose uidendo materem equum inter deliberandum de sine: & sic cum non teneatur ad eligendum finem debitum ante terminatam deliberationem, sequitur quod poterit peccare uenialiter ante peccatum mortale, & tamen quam cito potest, dat operam ad hoc de seipso.

¶ Ad hoc dicitur, quod non quam cito potest deliberat inter deliberandum ad aliud diuertit. Cum enim uoluntatis sit maior seipso, & a maiori uirtute citius fiat ad finem a minore ceteris partibus, consequens est ut cito liberet non diuertens, quam diuertens: ac per hoc ad aliud apicere ualeat, non quam cito potest deliberare uim suam minuens: & sic reus est omissionis precepti diuertendo, non quam cito potest deliberare quamuis non teneatur ante terminum deliberationis re, teneatur tamen ante terminum nullum impedimentum ponere charitati, & propterea apponendo peccatum taliter ante terminum, sicut deliberationis operam ante instant, quod terminat deliberationem, peccatum omissionis.

¶ Circa eundem articulum sextum quaestiones octuagesimae nonae, duplex quaestio ex dictis insurgit. Prima est, an baptizatus teneatur in principio suae discretionis ad operam in Deum, sicut de non baptizato dictum est. Secunda quod si teneatur, an quilibet baptizatus sit de hac praeservatione dubius, & teneatur consequenter conuincere quam de dubio.

¶ Ad primam questionem dicendum est, quod cum primum illud fundetur super processu naturae, & gratia dicitur naturam per modum naturae, absque dubio teneatur baptizatus ad deliberandum de seipso in principio suae

QVAESTIO XC.

De legibus, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de principiis exterioribus actuum.

Principium autem exterius ad malum inclinans est diabolus, de cuius tentatione in primo dictum est.

Principium autem exterius ad bonum, est Deus, qui & nos instruit per legem, & iurat per gratiam.

Vnde primo de lege, secundo de gratia dicendum est.

Circa legem autem in primo oportet considerare de ipsa lege in communi, secundo de partibus eius.

Circa legem autem in communi, tria occurrunt consideranda.

Primo quidem de essentia ipsius. Secundo, de differentia legum.

Tertio, de effectibus legis. Circa primum, quaruntur quatuor.

Primo, Vtrum lex sit aliquid rationis.

Secundo, de fine legis.

Tertio, de causa eius.

Quarto, de promulgatione ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex sit aliquid rationis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex non sit aliquid rationis.

Dicit enim Apostolus ad Roman. 7. Video aliam legem in membris meis &c. sed nihil quod est rationis, est in membris, quia ratio non utitur organo eorum potest.

ergo lex non est aliquid rationis.

2. Prat. In ratione non est nisi potentia habitus, & actus, sed lex non est ipsa potentia rationis, similiter etiam non est aliquis habitus rationis, quia habitus rationis sunt uirtutes intellectuales de quibus supra dictum est, nec etiam actus rationis est, quia cessante rationis actu, lex cessaret, puta in dormientibus, ergo lex non est aliquid rationis.

3. Prat. Lex mouet eos, qui subijciuntur legi, ad recte agendum, sed mouere ad agendum proprie pertinet ad uoluntatem, ut patet ex praemissis, ergo lex non pertinet ad rationem, sed magis ad uoluntatem, secundum quod etiam Iurisperitus dicit. Quod placuit principi, legis habet uigorem.

Si contra est, quod ad legem pertinet precipere, & prohibere, sed imperare est rationis, ut supra habitum, ergo lex est aliquid rationis.

RESPON. Dicendum, quod lex quaedam regula est & mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, uel ab agendo retrahitur. Et enim lex a ligando, quia obligat ad agendum. Regula autem & mensura humanorum actuum est ratio, quae est principium primum actuum humanorum, ut ex praedictis patet. Ratio enim est ordinare ad finem, qui est primum principium in agendis secundum Philosophum.

Super questionis nonagesimo articulo primum.

In responsione ad secundum primum art. q. 90. Nota proportionem inter syllogismum speculatiuum, & practicum, quod ille totus in intellectu est, ille autem in intellectu principia, quae sunt leges, conclusionem autem in operatione habet quod de practico in actu practico exercito intelligitur, ut ex supra dictis patet. In actu siquidem cogitationis habet sua singularem conclusionem, sicut est speculatiuus intellectus, propter quod electio, quae est uoluntatis actus, conclusio dicitur consilii.

In responsione ad tertium eundem art. nota, quod intellectus opus ad hoc, quod sit, sola motione uoluntatis eger. Voluntatis autem opus ad hoc, quod lex sit, eger & motione, & regulatione intellectus, motione quidem, quia uoluntas non mouetur nisi a cognito, regulatione autem, quia uoluntas irregularis, est iniquitas, & est sermo de uoluntate creata, diuina enim est lex legum.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

mines in limbo puerorum, ubi non est pena sentus ut infra dicitur. In inferno autem detruduntur homines propter solum peccatum mortale, ergo non erit locus, in quo possit puniri ille, qui habet peccatum ueniale cum originali solo.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, quod peccatum ueniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali. Cuius ratio est, quia antequam ad annos discretionis perueniat, defensus est tatis prohibens usum rationis, excusat eum a peccato mortali, & uide multo magis excusat eum a peccato ueniali, si committat aliquid quod sit ex genere suo tale. Cum uero usum rationis habere inceperit, non omnino excusatur a culpa uenialis & mortalis peccati: sed primum, quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso, & siquidem seipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si uero non ordinauerit ad debitum finem, secundum quod in illa tate est capax discretionis, peccabit mortaliter, non faciens quod in se est, & ex tunc non erit in eo peccatum ueniale sine mortali, nisi postquam totum fuerit sibi per gratiam remissum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ueniale non est dispositio ex necessitate precedens mortale, sed contingenter, sicut quando quela bor disponit ad febrem, non autem sicut calor disponit ad formam ignis.

AD SECUNDUM dicendum, quod non impeditur peccatum ueniale esse simul cum solo originali propter distantiam eius, uel conuenientiam, sed propter defectum usus rationis, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod ab aliis peccatis mortalibus potest puer incipiens habere usum rationis, per aliquod tempus abstinere, sed a peccato omissionis praedictae non liberatur, nisi quam cito potest, se conuertat ad Deum. Primum enim quod occurrit homini discretionem habenti, est quod de seipso cogitet, ad quem alia ordinat sicut ad finem. Finis enim est prior in intentione, & ideo hoc est tempus primo obligatur ex Dei praeccepto Dominus dicit. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, Zachariae primo.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex non sit aliquid rationis. Dicit enim Apostolus ad Roman. 7. Video aliam legem in membris meis &c. sed nihil quod est rationis, est in membris, quia ratio non utitur organo eorum potest.

ergo lex non est aliquid rationis.

2. Prat. In ratione non est nisi potentia habitus, & actus, sed lex non est ipsa potentia rationis, similiter etiam non est aliquis habitus rationis, quia habitus rationis sunt uirtutes intellectuales de quibus supra dictum est, nec etiam actus rationis est, quia cessante rationis actu, lex cessaret, puta in dormientibus, ergo lex non est aliquid rationis.

3. Prat. Lex mouet eos, qui subijciuntur legi, ad recte agendum, sed mouere ad agendum proprie pertinet ad uoluntatem, ut patet ex praemissis, ergo lex non pertinet ad rationem, sed magis ad uoluntatem, secundum quod etiam Iurisperitus dicit. Quod placuit principi, legis habet uigorem.

Si contra est, quod ad legem pertinet precipere, & prohibere, sed imperare est rationis, ut supra habitum, ergo lex est aliquid rationis.

RESPON. Dicendum, quod lex quaedam regula est & mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, uel ab agendo retrahitur. Et enim lex a ligando, quia obligat ad agendum. Regula autem & mensura humanorum actuum est ratio, quae est principium primum actuum humanorum, ut ex praedictis patet. Ratio enim est ordinare ad finem, qui est primum principium in agendis secundum Philosophum.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.

inf. q. 91. a. 1. cor. & q. 92. ar. 1. cor. & q. 94. ar. 1. corp.

quod 57.

q. 6. ar.

indige uer. li. 1. tit. 4. le. 1. in prin. q. 17. arti. 3.